



520  
20

Z. n. 18.



18. iij.



2.

SALVATOREM NOSTRUM  
JESUM CHRISTUM  
DONA SPIRITUS S.

DIRIBENTEM  
IN JOH. VII. 37. ET 38.  
CONTEMPLATUS

FESTUM  
PENTECOSTES

PIE CELEBRANDUM

INDICIT

ET

*AD ORATIONEM SACRAM*  
IN TEMPLO ILLUSTRIS AUGUSTEI  
*PRIMA FESTI FERIA CIRCA HORAM XII.*

GRATIOSE BENIGNEQUE

AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINI-  
STROS UTRIVSQUE REIPUBL. PROCERES CIVITATIS  
HUJUS LITERATOS ET CIVES ILL.  
AUGUSTEI

OBSERVANTER AC PERAMANTER

INVITAT

**M. CHRISTIANUS REINECCIUS,**

SS. TH. BAC, CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI  
RECTOR ET P.P.

LEUCOPETRÆ.

LITERIS G. A. LEGII, AUL. ET AUG. TYPOGR.

\* \* \* \* \*



lavissimam Christi invitationem ad accipiendum dona Spiritus S., quae legitur Joh. VII 37. & 38. : *Εαν τις διψᾷ ἐρχέτω πρὸς με καὶ πινέτω ἔπιψέων εἰς ἐμὲ καὶ θὼς ἕσται ἡ γαστήρ μου, ὡς ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεῖσσαν ὕδατος ζῶντος*  
Si quis sitiverit veniat ad me & bibito. Quisquis credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina e ventre illius fluent aque viventes; jam superiori anno in Programmate huius Festi Pentecostes meditationi nostrae subiecimus & oc-

caſionem eius expoſuimus, eamque invitationem Salvatoris noſtri uberius conſiderandam recepimus. Occaſio erat in Feſto tabernaculorum ceremonia, qua Judaei aquam ex fonte Siloah hauriebant, libabant & Spiritus S. dona ſe accipere ſta- tuebant. Hac uſus occaſione Chriſtus Judaeos ad ſe tanquam verum fontem in- vitavit, hoc ſere quem dedimus verborum ſenſu: Vos Judaei in tanta copia ad hanc ceremoniam hauſionis aquae cum voluptate & letitia intueſſam & peragendam conſultis, perinde ac ſi interna illa ac ſpiritualis ſitis, qua Spiritus S. dona anhelatis, his ſacris & effuſione aquae extingui poſſet, ſed hac ceremonia & aquae libatione ſaluti veſtrae ſatisferi non poteſt. Hec enim aqua illam non habet facultatem extinguen- di ſitim, vel Spiritus S. dona conferendi: eſt enim aqua naturalis & corporalis, quae nihil quod ſpirituale eſt conferre pot eſt. Verum ſi vos dona Spiritus S. anhelatis ad me potius accedite meque Meſſiam veſtrum vera fide recipite. Ego fons vitae ſum, ex mea plenitudine implemini, tum & Scriptura te- ſtante, flumina aquae viva eſſluent, ita ut non ſolum pro vobis ſed etiam ipſis ſat aquae ſalutis habituri ſitis in vitam aeternam ſalientis, ſed etiam pro aliis & ad alios ad fidem perducendos redundantis. Ipſa vero dona Spiritus Sancti, quae Theologi alia vocant *diviſcantia* & *ſanctiſcantia*, alia *miniſtrantia* tum ordinaria tum extraordinaria, reperimus utriuſque generis in his verbis Salvatoris noſtri: Illa vivificantia commate 37., haec miniſtrantia in commate 38. Illa bibendi voce inſinuantur; haec fluendi verbo ſignificantur. *Sitientes bibunt* ad propriam ſitim ſedandam: *flumina fluunt* ad alios irrigandos. *Εάν τις διψᾷ*, inquit Chriſtus, *ἐρχέτω πρὸς με καὶ πινέτω*. Facile animadvertimus in his verbis Chriſti, quid ſitire, venire & bibere ſit, & quid bibere debeant. Certe Judaei ſub ceremoniis hauſtae ex fonte Siloah aquae ſitiebant dona Spiritus S., hos ſitientes ad ſe invitat Chriſtus. Eſt ergo ſitire ſive ſitis vehemens deſiderium, quia vehementiſſimus eſt bibendi appetitus, qui aliter oritur ex concione legis & terroribus legis praedagogicus, deſiderans aquam vivam, ſed quanam illa ſit, & ubinam inveniat, ignorat; aliter per Evangelium excitatur, nec eſt ſine fide, qua verus aquae vitae fons jam innoteſcit. Rem ex communi vita egregie illuſtravit *Sebaſtianus Schmidus* in or. ad h. l. Si quis, inquit, nobilem vivamque & ſedande ſitii alioquin inextinguibili commodiſſimam haberet portionem, ſitientesque ad ſe invita- ret, dicens: *ſiquis ſitiverit, veniat ad me bibatque*; certe non obſcurus fermo erit. Sitis namque ſignificatur ejuſmodi, qua qui laborat; nondum quo abeat ad illam ſedandam novit. Si namque noſſet; quid invitatione opus foret? *Qui* itaque ad ſe inivit, ſe haecenus ignotum ſitienti revelat, fidemque illi de ſe facit.

cit. Cui si locum dederit, invitanteque crediderit, tum vero ille quod bibat, dat, & ipse quod datur bibit. Facile jam hoc erit ad spiritualia applicare. Clamat Salvator: *Si quis sitiverit, veniat ad me, bibatque.* Omnibus quidem sitim excitare vult, quando veram illis vivamque aquam deesse significat. Quam qui deesse sibi agnoscit, pædagogice sicut, ut aquam quam nondum novit, quaerat. Eam vero quando porro se habere Dominus dicit suavi gratoque Evangelio, fidem sibi facit apud ipsum & in animo ipsius, ut credat accedatque, Quod fidei est. Sic *venire & bibere* nihil aliud est, quam *credere*: Quod ipsum sequens comma satis declarat, *ὁ πιστεύων* &c. Quid vero bibendum h. l. sit, & Christus commendat propinereque, indicatur in versu 39., ut dubium nullum de eo esse possit. Equidem *Gregorius Nyssenus* T. i. Op. in Psalm. cap. 13. & in Cantic. Cant. hom. II. nominat Aquam & Fontem, qui est *Christus*, & quidem juxta divinitatem, considerat quod I. c. hom. 9. insinuat. Et nemo nescit Christum sæpe se comparare *fonti & flumini*, seque appellare *aquam vivam* in Joh. c. IV. 13. Sed *Augustinus* tr. 32. in Johannem, nos revocat ad v. 39., & *Spiritum S. esse aquam vivam*, qua poterunt credentes, in hac invitatione Christi statui. Concilio autem horum non adeo difficilis erit, eamque dabimus verbis *D. Humii* ad h. l. De spirituali siti justitiæ loquitur (Christus) quæ in agnitione propriæ injustitiæ & justitiæ desiderio consistit. Qui sitit h. e. qui agnitis peccatis vero & ardenti desiderio justitiæ & salutem appetit, is ad me veniat, tanquam fontem salutis ac justitiæ, nec veniat tantum, sed bibat & hauriat vera fide aquas vitæ, quæ sitim animarum explet & æternam refectioem præstant. Scriptura, quam Christus allegat, de beneficiis Mesias, quæ credentibus allaturus sit, testatur. Fideles cum gaudio aquas haurituros de fontibus salutis. Item: Dominum effundere velle aquam super sitientem & fluentia super aridam. Item: spiritum suum effundere velle super semen suum. Et fluvium pacis & quasi torrentem inundantem gloriam gentium &c. In hunc itaque sensum textum accipiunt, quod Christus qui sitientes ad se invitat & vocat; fons ille vivus sit, ex quo aquæ, quæ sitim sedant & bibendæ sunt, promanent: quæ vero aquæ bibendæ, Spiritus S. sit aqua illa quæ ex fonte Christo exeat & sitientibus præbeat. Filium namque Dei cum æterno Patre suo fontem illum esse; a quo Spiritus procedat Sanctus & in homines sitientes ad restinguendam eorum sitim effundatur. Sic bene quoque *Gregorius Nyssenus* concordabit, qui Christum secundum Deitatem ipsius considerat & fontem facit, Juxta namque Deitatem æternus ille fons cum Patre est, ex quo aqua seu flumen, Spiritus nimirum Sanctus emanat. Ita in *Christo* ceu fonte continetur utique hæc *Aqua Viva* quæ est *Spiritus S.*, & bibitur a sitientibus, qui ad Christum veniunt vera fide. Namque *ὁ πιστεύων δὲν τῆς ζωῆς οὐκ ἀccedentem oportet credere*, Hebr. XI. 6. se. quod ipse cum Patre æternus ille fons sit, & Spiritus S. a Patre & Filio procedat & mittatur tanquam aqua vitæ ad restinguendam sitim sitientium. Verum non tantum hoc in donis *divificantiis*, sed etiam in donis *ministrantiis*. Quod donorum Spiritus Sancti discrimen h. l. satis clarum est. Sitiens venit & bibit, ut sedet suam sitim, atque ita recreetur & vivificetur. Flumina autem v. 38. e ventre credentis fluunt, ut aliis ministrant, ut alii etiam ad fidem adducantur & ipsi aqua vitæ impleantur. Flumina nominantur ad indicandam copiam & abundantiam; quo recte quoque vox *κοιλία* refertur, quod tam copiosa futura sint, quibus os angustum non sufficiat, sed ex toto quasi ven-

tre



Nr 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.







3.

SALVATOREM NOSTRUM  
JESUM CHRISTUM  
DONA SPIRITUS S.

DIRIBENTEM  
IN JOH. VII. 37. ET 38.  
CONTEMPLATUS

FESTUM  
PENTECOSTES

PIE CELEBRANDUM

INDICIT

ET

AD ORATIONEM SACRAM  
IN TEMPLO ILLUSTRIS AUGUSTEI  
PRIMA FESTI FERIA CIRCA HORAM XII.

GRATIOSE BENIGNEQUE  
AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINI-  
STROS UTRISQUE REIPUBL. PROCERES CIVITATIS  
HUJUS LITERATOS ET CIVES ILL.  
AUGUSTEI

OBSERVANTER AC PERAMANTER  
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS,

SS. TH. BAC. CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI  
RECTOR ET P.P.

LEUCOPETRÆ,  
LITERIS G. A. LEGII, AUL. ET AUG. TYPOGR.

